



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

Romae, 1658

Marcus Antonius Oddus Episcopus Hieropolitanus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9857

tur, illi decerni sacros honores, vt posita tam præclarata lucerna super Candelabrum, tum Regularis, à quo prodij, tum Episcopalis Ordo, in quo emicuit, magis magisquè illustretur; cætera quoquè plebs Christi, proficiens de exemplis virtutum illius, in rectam salutis semitam dirigatur, tota lætetur Ecclesia cum nobili turba Sanctorum in die Canonizationis, & Republica Christiana, noui huius Patroni meritis, in tot calamitatibus aliquando respiret.

**Marcus Antonius Oddus Episcopus
Hierapolitanus.**

Beatus Thomas à Villanova virtutum splendore, & Spiritus Sancti flamma coruscans, tanquam lucerna ardens charitate, ac lucens exemplo, iure optimo meretur, Beatissimè Pater, non amplius detineri sub modio, sed in sublimi Ecclesiæ Candelabro poni, vt cœlestibus consecratus honoribus, luceat omnibus, qui in domo Dei sunt.

Augustinus de Bellis Episcopus Soranus.

Tot Sanctitatis monumenta, quæ de Beato Thoma de Villanova, Cœlo teste, nuper accepimus; tot, inquam, illustrium miraculorum spectacula; tam ingens virtutum heroicarum seges; fidelium omnium in illum cultus; sacræ Rituum Congregationis solertia in his omnibus expendendis: supremi tandem Pastoris vigilantia, in his elimpidandis, testatum faciunt, inter Cœlites illum fixisse sedem: Censeo igitur in Sanctorum numerum à Sanctitate Vesta referri posse.

Bernardinus de Aragona Episcopus Bouen.

Ob præclaras virtutes, ardentemquè in Deum, & in proximum charitatem, vt ex his, quæ de ejus sanctitatis fa-

ma,